

Johann Bacmeister Friedrich Helwig

**Celesti Adspirante Archiatro, Hydropem Ascitem, Praeside ... Dn. Johanne
Bacmeistero Med. D. Anatom. & Chirurg. Prof. ... Publicae ac amicae ...
ventilationi proponit Fridericus Helwigius Coloniensis Marchicus Autor. Ad diem
XIV. Augusti horis matutinis Anno M.DC.LXVII.**

Rostochii: Kilius, [1667]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730122190>

Druck Freier  Zugang



R U. med. 1667

Johannes Bacmeister, Pres.
Friedrich Ludwig, Rop.

CELESTI ADSPIRANTE
ARCHIATRO,
HYDROPEM
ASCITEM,
PRÆSIDE

Viro Nobilissimo, Excellentissimo, Experientissimo

D N. JOHANNE
BACMEISTERO MED. D.

Anatom. & Chirurg. Prof. Publ. celebra-
tissimo, Practico Famigeratissimo, Facultatis
Medicæ Seniore gravissimo.

Dn. Doctore & Ductore suo filiali obser-
vantia jugiter Venerando,
Publicæ ac amicæ largior Phœn ventilationi
proponit

FRIDERICUS HELWIGIUS,
COLONIENSIS MARCHICUS

AUTOR.

Ad diem XIV. Augusti horis matutinis
ANNO M. DC. LXVII.

In Auditorio Majori.

80



ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

1667

H Y D R O P E M

A S C I T E M A
P R A E S I D E

D I L O H A N N

B A C H E L A T R O M E D O

D e D o g o e y o g o e l d e t h i l o f f e

F R I D E R I C H H E L L G R I E

C O I C H I S C H T H U N D E R

K Y H E R V A M B



IN NOMINE JESU!



Iacetam pictorem olim nobis
lissimum dicere solitum fuisse, Annales referunt; non minimam artis pingendi partem
esse, ut argumentum eligatur
dignum, quod spectantium
oculos & animos oblectare
possit. Hoc argumentum,
quod præ manibus est, dignum
certè, ut omnium exponatur oculis, tantoque accu-
ratus in ejus naturam inquiratur, quanto atrocius
sævit in humanam vitam. Verum quum tam ardua
hæc sit materia, ut etiam Excellentioris judicii Me-
dici, ad hæc usque tempora nostra, nondum in de-
cernendâ aliquâ sententiâ certâ inter se convene-
rint, à mea tenuitate vix, quod argumento huic sa-
tisfaciat, expectabitis. Interim tamen, cùm in re
difficili, non qui satisfecerit, sed qui voluerit, satis

A cumu-

cumulatè fecerit, exhibeo vobis in præsentiarum
Sciagraphiam quandam Hydropis, cujus enodatio,
si non animum, diri hujus Morbi cognoscendi cupi-
dum, fatiaverit, repræsentabit tamen obscuris qua-
si coloribus totā ejus faciem. Amplissimus certè hic
occurret dicendi campus, sed ego autorum sequar
vestigia, & parvo verborum compendio aliquas
saltem ducam lineolas, prolatus ea, quæ haec tenus
fragmentatim ex optimis, & probatissimis Medicorum
scriptis collegi. Quod ut fiat Tu O summe bea-
tæ perennitatis arbiter

Ad sis inceptis Christe benigne meis !

CAPUT I.

Hydropis Etymologiam, & Synony- miam proponens.

Quandoquidem, referente Platone in Gorgia, res ipsæ non nisi per rerum vocabula cognoscuntur, iisdemq; à se invicem distinguuntur, pauca quædam, præcipiente sic recte scribendi methodo, quæ ad ipsius facient nominis declarationem, præmittemus. Hydropis igitur vox cum sit ἡ ἡ μαχας λεζοφέων,

Generaliter sumitur, pro omni, in quavis corporis parte, sive humorum, sive flatuū abundantia, ut quando in Capite humor sub cute deprehenditur fluctuans, peculiari nomine ὑδροσφαλος vocatur, cujus Exempla habent Vesalius L. I. de corp. hum. fabrica. c. 5. Paul. Aegineta. I. 6. c. 3. Marc. Aurel.

Aurel. Severin. d. recond. abscess. nat. p. 183. Guilelm. Fabr. cent. I. obs. 12. Quorsum & nonnulli Diabeticam passionem, quam Galenus l. 6. d. loc. aff. ὑδρωματική απίδη, hydropem ad matulam vocat, referunt. *Oculis*, qui hydrops græcis ἄφθαλμίν, dicitur, cuius meminit Borellus Cent. 4. observ. 51. *Pectore* quod observavit Hipp. l. 2. de morb. Carol: Piso l. de morb: ex serosâ colluvie, obs. 51. Crato. epist. 163. *Ventriculo*, cuius mentionem facit River. observ. Communic. p. 26. & 364. *Umbilico*, qui græcis Hydromphalos dicitur, alias Hernia umbilicalis aquosa, cuius exemplum depingit Severinus, & in grandævâ muliere vidi Bartholinus, & Leonh. Blasius in muliere corpulenta anno. 58. restituit. *Utero, Scroto*, Hipp. l. 1. de morb. mulier. & 4. de morbis t. 34. *Zacutus* l. 2. prax. med. adm. obs. 89. *Tulp.* l. 3. obs. c. 32. *Bartholin. cent.* 3. *Hist. anatom.* 64. *Moeb. Fund. med. Physiol.* p. m. 578. in quæstoris cuiusdam fœmina tantum vidi uteri tumorem, qui etiam ad mammae usque se extendit; Joh. Babtist. Montan. conf. 189. observavit hydropem *gutturis* cuius etiam meminit Hip. lib. 4. d. morb. Aetius l. ult. c. 97. Fernel. l. 6. de part. morb. & symptom, c. 15. *Gulielm. Fabr. Hildan.* cent. 2. obs. 563. *brachii*. Sennertus *manus* hydropem annotavit l. 2. *Prax. Part.* l. c. ult. Sed hic notandum, quod hi affectus non simpliciter nomine *Hydrops* insigniantur, sed semper cum affectâ partis adjectioe.

Specialiter autem & magis propriè citraque adjunctionem partis accipitur vox *Hydrops* pro tumore abdominis aquoso vel flatulento; idem enim hæc vox importat acsi diccas ὑδερώψις, aquosa facies, eo quod iis, qui hoc morbo laborant, faciei floridus & vividus color, in aquosum, cadaverosum, & foetidum mutetut. *Græcis* dicitur ὑδραιμος, ὑδρωψ, ὑδερο-, ὑδεριασις, ὑδρωσις. *Latinis* iisdem serè non inibus insignitur. *Hydrops*, *Hydropisis*, *aqua intercus*,

morbus Hydropicus, teste Celso l. 3. c. 21. Barbaram Medicinā secentibus Hydropisia vocatur, nominibus à symptomate nimi à scilicet humoris aquosi abundantia desumptis, ut ait Cael. Aurel. l. 3. c. 8. Paracelsus Rorem humidum, seu resolutum liquorem vocitat, Tom. 4. tr. 4. Undemiam etiam ab undā, item den. Wolkenbruch. Germanis dicitur die Wassersucht.

Hoc sensu vox hydropis si accipiatur, tres, ex Galeni l. rat. vīct. in acutis. com. iii. It. l. d. tumor. præter nat. c. 20. l. 5. d. loc. affect. c. 7. l. 4. d. puls. causis c. 24. Avicennæ l. 3. Fen. 14. Tract. 4. c. 4. Etii l. 3. c. 20. aliorūmque tam Græcorum quam Arabum mutuo consensu hic se offerunt differentiæ. Tympanites, Anasarca, & Ascites. Prioribus missis, Ascitem, qui proprii Etymi Hydrops est, quique inventre & cruribus subinde manifestus, hâc vice proposituri sumus.

CAPUT II.

Ascitis tradit definitionem.

Quanquam omnes ferè autores, quotquot ad manus meas hactenus pervenere, uno ore profiteantur, humores aquosos in corporibus humanis generari, idque ex læsâ, quam maxima veterum Medicorum pars Hepar, Neotericorum verò Cor statunnt, sanguificationis officina; nondum tamen possum adduci ut credam, prædictos humores in corporibus generari, vel vitio Hepatis, vel Cordis, cum nulla corporis pars propriè loquendo sanguificet, idque ex eo, quia omnium, adeoque & ipsius cordis vis à calore sanguinis vitali, ætate paulo majoridependet. Nos igitur, ne tot autorum

autorum nos involvamus tricis, rem ipsam sequenti definitione damus expeditam.

Ascites est tumor aquosus p. n. ventris inferioris, à retentione humorum collectorum, vitio Renum, Pancreatis, vasorumque lymphaticorum proveniens.

Definitum est Ascites. Nomen, cùm vocabulum græcum sit, habet ἄστης ab utre, quod teste Galeno 4. aph. II. venter inferior ab aqua inter cutem distendatur & intumescat, vel percussus utris in morem aquâ semipleni resonet, ut putat Valleriola l. 2. obs. 5. unde & Ulricularis appellatur Chalmet: Enchir: Chirurg. c. 41, & Jachin. in l. 9. Rhasis. comm. 52. Galenus 2. meth. 2. inter morbos Similitudinem rei externæ habentes refert, illumque ὑδεροῦ Hydropem aquosum nominat. quod & Cous l. d. 1. morb. mul. & Gordon. tit. med. p. 287. faciunt.

Formalis ratio est tumor p. n. Tumorem esse facile constat, cum excessus sit in magnitudine aucta. Gal. l. d. morb. c. 16. it. 14. M. M. c. 13. cuius vitiata conformatio consequens est, & soluta unitas. Gal. l. d. diff. morb. c. 7.

Tumorū autem differentiæ, cùni variae sint, meritò addidimus in definitione, quod sit Tumor aquosus. A quoque esse confirmat Galenus l. 3. de Symptom. caus. c. 2. Quando serosus humor in toto corpore abundat, præcipue verò in abdomen, excitatur species Hydropis, quæ Ascites dicitur. Petrus. Joh. Faber l. 3. sapient. univers. de morbis jecoris. c. 3. Si excrementa, inquit, Serosa sint & aquosa, fit hydrops ascites. Excrementa a. illa non semper ratione substantiæ & coloris sunt aquosa, inquit P. Salius Diversus. l. 1. in Hipp. de morbo. f. 1. t. 47. sed quandoque crassam & lacteam substantiam repræsentant. Verum huic respondeat Faber l. c. illa Excrementa non constituere Ascitem, sed Anasarca, quando ait. Dum Excrementa viscosa sunt, &

tenacia multum, & aquosa omnino & simplicem non redolent materiam, sed crassioram & viscosioram, tunc sit Analarca.

CAPUT. III.

Subjectum demonstrat.

Subjectum adæquatum sive causæ continentis, in definitione constituimus cavitatem ventris insimil. Locus collectionis ab Avicenna designatur, inter ziphac ac zirbum, peritonæum & omentum. Paulus Aegineta in introd. c. 13. inter intestina & peritoneū collocat. Coss 7. aphss. 3. Πτερανον omentū nominat aph. 54. cavitatis μετέξυ τὸ Φρέσιων, καὶ τὸ περιτοναιόν inter Diaphragma & ventriculum meminit Hipp. l. 1. morb. mulier. Veslingius syntagm: Anatom. inter duplice peritonæi tunicam saniem & humores putat colligi, cuius sententiam confirmat Tulpius l. 4. observ. 43. de muliere, 110. libras aquæ hic continente. Sennertus Pract. l. 3. part. 6. sect. 2. c. 3. scribit, aquam inter dum, non in cavitate abdominis, sed vesicis quibusdam, partibus ventris inferioris intus ad natis, includi. Schenck. Exercit. anatom. notavit colluviem aquarum inter externam renum membranam, vid Schenck. obs. l. 3. Barthol. cent. 4. Hist. 25. Arctæus l. 2 τὸ χρονίων, planè peculiarem addit locum quando ait: Alia hydropicimorbis species, quæ talis agnoscitur. in eâ vesiculæ quædam pusillæ, crebræ, humoris plenæ in loco, ubi Ascites fieri solet, excitantur. Talem hydropis speciem notavit Roflincius, ut & Horstius, qui etiam memorabili historia illam declaravit l. 2. ep. med. 20. Quicquid hujus sit, certum est & longis experimentis comprobatum, omnem abdominis cavitatem ab aquâ occupari, eandemque etiam ad scrotum & pedes, superioibus flaccescientibus, descendere.

Causæ

. Causæ antecedentis subiectum, vel pars ejus
vitio serosus hic humor coacervatur, & in infimum ven-
trem depluit, jecur à veteribus olim habitum. Sic n. Ga-
lenus 5. d. loc. aff. c. 7. nisi Epar afficiatur, haudquaquam
fieri potest, hujusmodi affectus Hydrops, & 2. Progn. t. 1.
item 6. d. locis aff. c. 1, nisi ad jecur frigus mittatur, aqua
inter cutem sequi minimè potest. Avicen. & Aetius tetrab.
3. serm. 2. c. 20. Citra Epatis refrigerationem impossibile
est, aliquem in Hydropem incidere. Alii autem inter quos
Hippocrates non solum Epar, sed & alias accusarunt partes.
2. progn. Αρχέωντας inquit ὁ πλεῖστος τῶν νεκρῶν, καὶ τῆς
ἀρθρίτιδος τὸν θύματόν, incipiunt plerique hydrops, vel
ab ilibus seu inanibus locis, vel ab Epate, ubi per τῆς οσφύος
nomen intelligit venas, per τὰς κεράρας Lienem, mesenter-
rium, uterum, Commentatore Roflincio, Epitō. meth.
cogn. & cur. affectus particulares l. 3. c. 9. idem Hipp. l.
1. de morb. mulierum; Ex eo, ait, semper hydrops sub-
sequitur ubi Lien naturā rarus & laxus, ad se trahere con-
sverit. Ex hisce & superioribus satis constat, veteres ut
plurimum ad organon sanguificationis respexisse, vitiata-
que coctionem, & ex illâ ortum hydropem Epati detulisse,
quod insuper ipsius Galeni probatum damus testimonio, qn.
ait. Communis Hydropis ortus inde extat, quod officium
in sanguine generando positum vitiatur. Hæc est Galeni
omniumque ferè veteris ævi medicorum sententia, pro quâ,
plerique cum veterum tum recentiorum, acriter hastenus
pugnârunt, adeò ut nullum hydropem absque jecoris vitio,
consensu & conspiratione oriri posse judicârint. Veruna
cùm hæc sententia falsâ nitatur secundum Recentiores
hypothesi, non invitâ Galenicâ recedimus sententia, qui p-
pe Hepatis imperium per bis octo secula administratum,
ruinam hodie est perpessum nonnullique Epati, jam Ex-
equi-

equias paravere, Sed non sine justo bonorum, meritis ejus clarissimis faventium dolore, ipsiusque Epatis magna cum indignatione, cum haec tenus nondum satis ~~autem~~ sit demonstratum, chylum ad Epar non devenire, neque in eo viscere sanguificationem fieri. Audiamus argumenta quæ solidè Hepatis destructores urgent, quorum tria celebrantur: 1. Venæ lacteæ ad Epar non confluunt, 2. Rami venæ portæ non penetrant intestinorum tunicas, adeò ut chylum in intestinis existentem possint exugere. 3. Non observatur lacteus liquor sanguini associatus prædictis in venis, quemadmodum alibi comparuit.

Primum argumentū cum tot clarissimorum virorum rationibus militet, primā fronte non contemnendum videtur; attamen si aliorum etiam fide dignorum Autorum reposuerimus observationes, reprehendentium juxta truncum venæ portæ sub Epatē candida quædam vasa, res erit clara & evidens. Ut igitur fidem datam servem, En Highmorum, qui prædicta vasā l. 1. p. 2. tab. 2. p. 39. & tab. 3. p. 41. elegantissimè nuper delineavit: Cui conjungo Galenum Altorsinum, Mauritium Hoffmannum, qui Patavj anno 1643. d. 10. Martii in cane inter acuta Diaphragmatis principia, canalem lacteum ad thoracem concendentem notavit, & à Joh. Veslingi Anatomico Patavino per literas, mense majo 1649. se sub pancreate, quā portam jecoris suscipit, plexum venarum lactearum, communem pollicis crassitatem & quanteam, vidisse, licet incisus stylos non admitteret; ab eoque tum ad jecur, per latera venæ portæ arteriæ que ciliacæ dextræ, tum ultra portas insigne ramos exorrectos, ut ad Thymum cordis, & in lactantibus per latera Diaphragmatis, ad mammas chyli portio distribuat, accepit. Hic inferre quis potest, celebratissimos hujus seculi Anatomicos, Bartholinum, Pequetum, Van Horne, Rudbeccium & alios.

alios hæc vasa ad Epar tendentia non observâsse; sed respon-
dendum consequentiam hanc non esse universalem. non
enim procedit, illi non observârunt venas lacteas prope
Epar, ergo nullæ dantur, fortè dum Bartholinus & alii, in
inveniendis ductibus novis intenti fuerunt, Epar suo impe-
rio jam fraudatum minus curârunt & dum vasa Thoracica
invenerunt, hæc neglexerunt. Contra non deterioris sortis
Anatomici, qui sibi hæc pericrutari præsumperunt, vivis
tabulis imprimi vasa illa laborârunt, quæ sæpius observâ-
runt.

Secundum argumentum patitur aliquam difficultatem,
eo quod per solam anastomosin, mesaraicarum venarum
fieri fluxum sanguinis scimus. Tertium jam est solutum
ex relatione Veslingii jam modò adductâ. Non placet igi-
tur consequentia Bartholini; Ergo non in jecore sed in corde
gignitur sanguis; Cur non in liene, ut qui sanguineus est,
chylum attrahit è ventre, & potest concoquere. Aristor. l. 3.
part. animal. c. 7. Neque hanc collectionem firmam judi-
camus: Chylus omnis, per mesenterium ad receptaculum,
indeque ad jugulum properat, neque in venæ portæ ramu-
los à venis lacteis immediate effunditur; Ergo Epar non san-
guificat. Dum enim chylus ad ostium cordis, cum refluo
venarum & subclaviarum sanguine confluit, elaborationem
propter celerem transitum non expectat, sed spatio unius
alteriusve horæ, ad omnes partes per arterias dispergitur,
adeoque etiam Epati magna portio, tam ex cœliacæ ramo
dextro, quam arteriis mesentericis, conficienda offertur,
non potest ergo non Epar flammæ suæ activitate illam ex-
actissimè elaborare. Hinc clarissimè elucescit, nullam cor-
poris partem propriè sanguificare, sed omnes simul opus
sanguificationis aggredi.

Cùm igitur ut tandem aliquid certi concludamus, plus

rimi Neotericorum Corejusque vitiata sanguificationem
pro subjecto cause antecedentis hydroper habeant, parum
abest, quin descendam in eorum sententiam, motus tot Ex-
cellentium in Medicina Procerum Autoritatibus; Sed a ve-
ritate convincor, & id circa merito *ad passus* legibus me-
subjicio, sententiāque huc usque amplexus muto. Hac-
nus enim mihi non licuit tam felicem esse ut ad illorum per-
tingerem scripta, quae mihi cor in Hydropico lassum adin-
ventum narrent; Neque video quā ratione probari possit,
ex generatione humorum aquosorum oriri hydroper, cūm
omnes illi humores, etiam si centum generentur amphora-
rī fungentibus suo officio partibus excretoriis, peractā se-
questrationē excernuntur. Manet ergo adhuc sententia
nostra firma, non cor, non Epar, non generationem humo-
rum, sed viscera omnia sanguinis generationi & perfectioni
potius destinata, humorēque aquosos non rite sequestran-
tia subiectum esse Hydroper.

CAPUT IV.

Causas exhibet Immediatas & mediatas.

Cūm morborum causa teste Galeno l. i. loc. aff. c. 2. id
quo præsente fiunt, & quo absente tolluntur morbi, meri-
to statuatur, ordinis jam ratio postulat, ut & illas investige-
mus, ne nobis etiam eveniat illud Hipp. l. i. d. morb. mul.
Falluntur Medici, cum morbi causam non exacte investi-
gant. Causæ autem aquosæ hujus colluviae Autoribus sunt
variae, pro variis earundē, quibus innituntur hypothesibus.

Immediatam hujus morbi causam Fluddius statuit

saturnum

atum Dei Septentrionalem, suamque sententiam pluribus contextus sacri locis confirmat Exod. 15. v. 8. 10. Dan. 7. Psalm. 147. v. 6. Ut, (verba ejus sunt,) Jehova suo afflatu orientali, mare rubrum exsiccavit, ita iterum flatu suo **opposito** siccitatis vincula ita relaxavit, ut aquæ more solito illam maris plagam copiosè & abundanter occuparent. Cum Fluddio in eadem est sententia Hippocrates sect. 3. aph. 22. Paracelsus de Hydropisi variè variis in locis sentit. Tom. 7. l. 7. scribit: So ist im guten wissen / das in Menschen ein Brun auffsteigt / von dem Wasser gehet so viel / das nicht gläublich ist denen / die es nicht gesehen haben / gleich als hette Moses mit einer Ruthen in die Leber geschlagen / und läuft nichts heraus als Wasser für und für / (als vielleicht nicht wol anders sein mag / dan das Gott also eine Ruthen schlegt / wie Moses.) Tr. autem de hydrope & Tartar: 1. 2. tr. 2. c. 6. longè aliam fovet sententiam, ponitque Sal alumino sum resolutum (quam sententiam amplectuntur Scheunemannus, & Severinus, quem refutatum vide apud Sennert. lib. de Cons. & diss. c. 16.) Tom. 1. p. 292. celitus ipsi deducitur Hydrops, ex influxione stellæ Zedo quem Helmontius tr. de hydrope ignoto ridet & refutat. Scheunemannus Sal calcinatum multis beneficiis humanum corpus ornare, si vero resolvatur, Hydropem excitari scribit, cui acutè respondet Helm. in tr. Tria Princip. Chym. Puerile, inquit, est somnium, quod Sal in nobis destilletur, sublimetur, calcinetur aliaq; tormina subeat. Helm. accusat Renes, exinde motus, quia plurimos Hydroponicos apertos, quorū tamē tum Epar, tum Lien nullam omnino maculā contraxerant. In Fiscalis Brabantie autem dissecto cadavere observavit in renibus grumum sanguinis, à quo valde intumuerant & justo maiores erant Renes, hinc quando sub hydrope pauca etiam redditur urina, credidit, renes, ubi aliquid sanguinis

sanguinis coagulati receperint, non præstare posse officium suum, neque serum à sanguine secernere. Petrus Joh. Faber l. 3. de causis & signis. morb. Epat. eandem foyet sententia m, quando ait: Ex debilibus Renibus suspicor etiam provenire hydroponem, dum non attrahunt aquam superfluam. Sennertus, qui alias admodum Epati Patrocinatur, ejusdem opinionis est. Inst. l. 4. part. i.c. 8. Quod sirenes serosam humiditatē ad se non traxerint, permista cū sanguine urina manet, & in totum corpus distribuitur, unde Cachexia & hydroponica causa suppeditatur. Rofinicus, partium chylificationi & sanguificationi destinatarum tum principum tum ministrarum imbecillitatem & ~~anxia~~ accusat, imprimis autem si serotæ aquæ à Bartholinianis vasis lymphaticis non separentur, à Renibusq; & ureteribus attractantur. Nos præsupposita, ex vitiata Chylificatione & ~~humor~~, humorum generatione, putamus Pancreas & imprimis Renes, eorumque vim attractricem & expultricem nec non vasalym phatica immediatam hujus morbi causam esse, maximēque illas partes affici & laedi, sive illa læsio fiat à vitiata conformatiōne sive obstruktiōne, tum enim humores restitant, regurgitant, & in cavitatem deponunt abdominis, unde non potest non fieri abdominis impletio, Renes enim ipso Galeno testel. 3. d. Sympt. causis, ubi serum amplius trahere non possunt, in ventrem mittunt, & toti cordi impatientes, subcutaneos hydroponis status inducunt, quod & efficere possunt aquæ ductus sive ureteres, quorum officium est serum in rebus à sanguine sequestratum, & in pelyi exceptum, ducere ad vesicam in cisternam.

Supersunt Mediatæ Hydroponis causæ tum proximiores tum remotiores, quæ corpus nostrum de statu naturali nō in orbos conjiciunt, quæque ad retentionem aquosí humoris conserunt, aut morbosum apparatum excitare queunt. In

unt. In illarum censu sunt i. *Intemperies*, qualis autem illa sit, inter autores lis est. Quidam inter quos Avicenna & Etius omnem à frigidâ intemperie oriri volunt, quidam contra à calidâ oriri audacter asserunt, Nos, paginam ne impleamus & à calidâ & à frigidâ Ascitem introduci posse cum Zvingero Cent. 2. obs. judicamus. *Ab hâc immedieate & per se*, refrigerando vel totum corpus, ex immoderatis sanguinis profusi onibus, per nares, uterum, hemorrhoides, vulnera, venarum sectiones, fluxum ventris immodicū, Dysenteriā vel Diarrhæam; consuetarum evacuationum suppressione per corporis partes, quæ refrigerantur ab injuriâ aeris externâ, nimia frigidorum injurgitatione, unde ii maximè sunt detestandi, qui habitâ crapulâ, non exiguum sibi videntur propinare medicinam, cùm mane frigidam liberaliori mente injurgitant, putantes duro nodo durum esse quærendum cuneū, & contrariū per contrariū expellendū, non arbitrantes, ventriculum jā tum insigniter debilitatū magisque per frigida illa debilitari. Thom Eraft, part. 4. disp. p. 204. refert, ex haustu frigidæ unico multos factos hydropicos, venis, quæ in ventriculum pertinent, subito frigidæ occursu refrigeratis. *Ab illa* vero fit Hydrops per accidens, antecedenter & mediatè, calorem nimirum viscerum exterminando, (quod plerumque fit à Solis ardore, laboribus nimiis, venere profusa, febribus ardentibus, nimo vini generositoris hausta, frequentique aromatum calidiorum esu; magis enim Vini quam aquæ potoribus aquosus hic tumor accidit cùm solum vinum faciat, ut, non sipientes bibamus, & pallidus omnis cana desurgat dubia) non secus ac videamus ignem, ab alio majori igne extingui. II. *Viscerum mala conformatio in magnitudine aucta, & diminuta*, ut cùm meatus. viæ per quas aquæ materia transire debet, obstruuntur vel comprimuntur, tum serosa illa materia per meatus

excretorios conservatum naturæ exitum non potest invenire, hinc in vasis illis subsistit, & exinde ad venas, Cor, totumq; corpus reburgitat, sanguinem inquinat, inque ab domen per spiracula cutis stillat. *III. Unitas soluta*, quæ sit, vel per ulcus, vel rupturam, vel vulnus. Sic observatum est, Scirrhos post male curatam inflammationem, in Renibus generatos esse, hominesq; ad Cachexiam vel Hydropem deduxisse Moeb. fund. med. Phys. p. m. 440.

In harum numerum veniunt **I. Naturales**, & quidem **Temperamentum**, quod si ad frigiditatem & humiditatem vergat, homines ob calidi innati pauperiem, magis prinos reddit ad Hydropem, quod decus illud Daniæ Bartholinus innuit, in Spicil. de vas. lymph. p. 6. Quo quis ait calidior, eò minus aqueæ humiditatis colligitur, segregaturque; frigore vero invalecente, aquarum largissimi rivi manant ià hydropicis, quod autem intelligi debet de Temp. Renum. **Ætas**. In cuius genesi Luna, mater humorum dicta, dominium habet, is huic morbo est obnoxius, sive sit ætatis crescentis, sive consistentis, sive decrepitæ: omni enim ætati est communis, & ne Embryonibus quidem parcit, quale Exemplum referunt, Epiphan. Ferd. & Marc. Aurel. Severin. **Sexus**. Ut nulla ætas, ita etiam nullus sexus ab hoc malo est immunis; Veteres quidem, & recentiores plurimi viros magis affligi autuunt, quod negat Mercurialis, qui prosequiori militat sexu; sed nullum hic discrimin agnoscamus cum plures in mulieribus dentur viæ excretoriae, quæ materiam secretam excernant.

II. Non naturales, inter quas agmen dicit *Aer*, tam necessarius homini, ut ferene momentum supervivere possit, eo si destituatur, quem etiam in finem natura in sui conservatione curiosissima peculiare formavit viscus, puta pulmonem

pulmonem, cuius ceu flabello quodam, semper auram captam, nosque ab interitu vindicamus. Si jam juxta mentem Hippocratis, frigidum crassum, multaque exhalatione humescentem attrahamus aerem, non potest non fieri hydrops, praesertim si aer sit autumnalis, is enim praeципue Hydropi favet, 3. aph. 10. 22. 6. Epidem. 7. 77. Calidus etiam si fuerit aer, causa esse poterit; calorem enim nativum, si excedat modum, dissolvit, ac dissipat, quod etiam faciunt labores nimii, strenua in castris veneris exercitatio, febres ardentes &c. Petrus, Nos. Harm. dogm. Hermet. Tom. 2. diss. 35. Ne illud omittamus, quod pro mutatione Lunæ & aeris morbus etiam varietur, plerumq; n. homines circa plenilunium moriuntur, a qua sententiâ Illustris Rolfincius, Praeceptor olim meus defecit propriâ fultus experientia, homines plerumque circa novi lunium pejus habuisse, diemque objisse plures.

Cibus & potus secundum Hippocratem sect. 2.
aph. 17. 22. ubi ultra naturam capit, morbum creat, & l.
, morbus mul. cibus & potus copiosior, corruptionis causa; Vi-
tanda igitur nimia ejus ingurgitatio, quæ chylificationē laedit,
qua læsā non potest fieri justa assumptorum transmutatio
in ejus modis substantiam, quæ proximè converti potest in
sangvinem alendoque corpori utilis est. Ciborum frigido-
rum & humidorum usus quoque accusatur; Exulent pro-
pterea Lactuca, Portulaca, Melones, Beta, Atriplex, cucur-
bitæ, fructusq; horarii facile putrescentes. Aquæ & cere-
visiæ nimis frigidæ valida assumptio sobolem reliquit Af-
citem, Gal. 6. loc. aff. c. 2. & 2. facult. nat. c. 8. Bibentibus
palustres, stabiles & lacustres aquas, hydropes sunt plurimi,
ac lethaliissimi, oraculum est divini sensis Hipp. aer. aqua, &
locis c. 3.

Somnus

Somnus homini à Deo concessus est, ut vires diutinis exhaustas laboribus reparet, sed modus hic adhibendus, & non nisi moderatus concedendus; si enim in excessu pectet teste Hipp. Sect. 2. aph. 3. sect. 7. aph. 71. Coac. prænot. 2. 35 malum, VIGILIAE moderatae maximè proficiæ, nimia autem valde noxiæ, quia spiritus corporisq; vires dissolvunt, cruditatesq; cumulant, unde nunquam non causæ sunt morborum frigidorum.

Motus & quies si excedant limites malum pronunciant Hipp. 4. aph. 14. veratri usu. 2. Si enim motus instituantur nimius, subtilior sanguinis pars sive Spiritus absumitur, visceraq; redduntur imbecilla, & corpus torpidum, nec non excrementa colliguntur viscida. Quies nimis diuturna ac otiosa, ait Quercetanus, obest non solum corpori sed & animæ, torporem spiritibus inducit, corpus nimis refrigerat, & discolorat, pororumque meatus obstruit.

Animi Pathemata, quemadmodum variè commovent ac turbant spiritus in corpore nostro, ita etiā non minimam in morbis gignendis vim obtinent, quapropter æger, cane pejus & angye fugiat iram, tristitiam, & moerorem, hi enim affectus spiritus concitatos & turbatos exagitant, labefactatos dissipant, ita ut tandem calor una cum illis emarcescat. Commodè etiam hūc referri potest nimium gaudium, cum Cor impetu quodam dilatatur, ita ut copiosus justo spiritus diffundantur.

Excreta & retenta prodiversâ in corpore nostro coctione, si non, prout naturæ lex postulat, excernantur, sed p. n. cumulentur, varii morbi, variisque oriuntur symptomata, contra etiam si quæ retineri debent in corpore, præter modum excernantur, varii oriuntur affectus, in quorum censu etiam Hydrops est. Sic quando sangvis,

sangvis, prout s^epe observatum est, vel ex naribus teste
Amato Lusitano, venis hæmorrhoidalibus, Galeno. 2. fac.
natur. c. 8. fluxu mensium nimio. Hippocr. 5. aph. 57. nat.
pueri. 13. 1. vel etiam nimia V.S. laudabilis, largiter emittitur
& effluit, homo ad extremam dicitur frigiditatem, quæ
quaratione inducat hydropem in superioribus dictum. Huc
etiam referri potest Dysenteria, Hypercatharsis, & nimia ve-
nus. Trajanum Imperatorem ex retentione Hæmorrhoi-
dum hydropicum factum, semelque curatum, postquam
autem recidivam passus, eodem morbo mortuum resert.
Dion. Cassius.

III. Præternaturales Afcitis sunt antecedens; sic obser-
vatum hydropem ortum esse ex febribus, Tertianâ, Quar-
tanâ, cuius Exempla habent Langius l. i. epist. obs. 48. Fore-
stus l. 19. obs. 29. 30. Hipp. 7. epidem: 12. 9. recenset histo-
riam Ctesiphontis, qui ex causa evasit Hydropicus. Ex
Hæmorrhoidibus cito suppressis Forest. obs. 34. Ex mensi-
um profluvio prohibito. idem obs. 35. Ictero, Forest. l. 17.
obs. 40. Rondeletius l. 2. Prax. c. de. Hydrop. Favent. conf. 23.
Gvarinon. conf. 164. Tulp. l. 2. obs. med. c. 36.

CAPUT. V.

In differentias inquirit.

Hactenus de Hydropis subjecto & causis dictum, jam
sequuntur differentiæ, quarū triplicem proponimus distinc-
tionem. 1. Petitur ab ipso genere, babito respectu tumoris, ubi
alius se offert minor, aliis mediocris aliis major. Maxi-
mus deprehensus fuit in duobus Rabbinis, quos Neander
in Erotem. S. Lingvæ Ebreaæ ex Talmudistis adducit, quo-
rum abdomina in tantam extensa fuere molera, ut etiam

C

duo

duo boves inter eos, si ventribus se invicem tangerent, neminem tangendo, transire possent: *Generationis*, alius leatè ac sensim incrementum sumit, alius subito invadit: *Durationis*, alius recens, isque adhuc in augmento, alius inveteratus, & in statu: *Symptomatum*, alius mitis, alius intollerabilibus comitatus doloribus, alius cum febre. Hipp. coac. prænot, Trall. l. 9. c. 3. Aetius tetrab. 3. serm. 2. c. 20, alius sine febre. Alius cum Paralyssi. Poter. cent. 1. cur. 97. &c.

II. Ab ipso subjecto, & hujus ratione, est vel *universalis*, ut quando tota abdominis impletur cavitas, vel *particularis* ut quando materia stagnat inter abdomen & Peritonæum, vel inter peritonæum & omentum, vel in hydatibus aqua reperitur interclusa, veltantū in uno latere, quod habet Bartholinus Hist. anatom. 2. cent. 1. Alius oritur per *metastasis*, cum à quiete prioris morbi enascitur hydrops, alius per *epizœon*.

III. A causis; pro quarum diversitate, & ipse hydrops variat.

CAPUT. VI.

Signa producit Diagnostica.

Quemadmodum primo Vere propullulantes herbas & plantas dignoscere, non nisi artificis & Botanici exercitati est, sic etiam morborum primordia cognoscere, non solum docti sed etiam Exercitati est Medici; Et hinc magna est adhibenda cautio, ut exactè elandestinos hujus morbi conatus cognoscamus ne quandoque tumorem præguantis pro Hydropico curemus, cuius lepidam enarrat historiam Paulus Renalmus observat. 146. quæ legi meretur. Signa igitur hydropis incipientis ratione generis colliguntur ex tumore

tumore pedum, qui evanescit tempore matutino, vespertino autem invalescit, progreditur ad genua, flaccidcentibus partibus superioribus, lumbos, abdomen; Quando jam eousque tumor pervenit, signis ulterius opus non habet, sed visu & tactu & auditu, Aretæo teste, longè est facillimus.

Communia nra r̄is ἔστιας λόγοι εἰς ἀνάγκης ἐπομένα, concer-
nunt, vel actiones læsas, vel qualitates mutatas, vel Excreta
& retenta. Horum sunt i. cibi fastidium & sitis ferè inexplicabilis,
quem his verbis decantat Ovid. I. trist. 7.

Quibus intumuit, suffusâ venter ab undâ

Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ

Et Poëta Venusinus Horatius l. 2. Carm. od. 3.

Crescit indulgens sibi dirus hydrops

Nec sitim pellit, nisi causa morbi

Fugerit venis, & aquosus albo

Corpore langvor.

Cui autem tam clamosa sitis natales debeat, innuit Rofin-
cius sidus illud Salanum, quando ita ait: sitis autem oritur,
quia falsus & vitiosus humor mora calidior & acrior redi-
tur, inde falsi vapores ad ventriculum elevantur & gulam.

2 Difficilis Respiratio tanta sœpè, ut etiam suffocationis peris-
culum sit metuendum, id quod evenit, propter aquæ, se-
pti transversi motum liberum impeditis, copiam. 3. Pulsus
undatus quia tumor mollis, parvus, crebrior, subdurus cum
quadam tensione. 4. Urina pauca; serum enim per Renes
non excernitur; rubra, vel à commixtione sanguinis in reni-
bus non ritè sequestrati, vel ab arrosone caruncularum
Papillarium, facta à materia salsuginosa & acri; crassa deni-
que & turbida s. Tussis sicca; excitata ab archeo Pulmo-
num irritato. 6. Raucedo, quam illustris Rofinicus in Barone
quodam observavit.

Propria $\pi\mu\tau\eta$, $\vartheta\sigma\alpha\varsigma$, $\lambda\eta\gamma\mu$ concernentia, ex capite se-
cundo jam nota esse debent, hic illud supperaddimus, quod
Trallianus ait: Ascites inde internosci debet, quod fluctua-
tiones excitantur ex humore, qui, velut in utre quodam
contentus, circumvolvatur. Discernitur præterea à Tym-
panide, quod hic flatibus abundet, venter percussus Tym-
pani sonum edat, intestinæq; semper murmurent. Ab
Analarca distinguitur, quod in hoc totum corpus æqualiter
intumescat, vestigiaq; digitorum impressorum aliquandiu
remaneant, venterq; minimè infletur. A tumore prægnan-
tis autem toto celo differt, cum hic tantum ad umbilicum
usq; extendatur, & ferè nunquam in Epigastricam ascendat
regionem, nisi in latus alterutrum, is autem usq; ad Dia-
phragma protendatur. Sæpe etiam tumor ex sup-
pressione mensium oritur, quia tamen ab Ascite fluxu urinæ
differt, quæ copiosa & crassa redditur teste Hipp. l. 1. morb.
Mulier:

CAPUT. VII.

Signa producit Prognostica.

Prognosticæ Salutis & mortis ratione generis desumitur e-
ab essentialiter inherentibus. Avicena Ascitem sta-
tuit maxime periculolum: Arctæus l. 2. de diuturn: c. 1.
scribit: ὅδε γι απρόπες μὲν ιστιδῶν πάθει ταλαιπώρη δὲ καὶ πάθει
Διαδιδρούσασι τὸ δὲ πάγκη πάνερ οὐ πένυχίς γε θεῶν μᾶλλον,
η πάχης: Hydrops injuncundum aspectu vitium est, & tolera-
tu difficile; Ab ipso enim perpauci liberantur, idq; felicitate
quadam ac Deorum potius quam artis auxilio. Et cer-
tè omnibus Hydropis speciebus periculi gravitate Ascites
præxit, præprimis si jam sit in veteratus, & plurimum à natu-
rali

rali statu recedat, diuturnus sit, & viribus jam fractis super
veniat. 2. Ex necessitate consequentibus: Quod confirmat
Hipp. XI. de morbis: Hi morbi, ex necessitate cum adlunt,
mortem adferunt, tabes & aqua subter cutem. Impri-
mis hic respiciendum ad actiones vitales nempe pulsum;
animales e.g. Respirationem; cuius vehementia magnum
arguit periculum, *naturales*; appetitum solidorum & liquidorum: hæc si
sunt laesæ, spes in angusto est, sæpe etiam ægritatem Hollerio
in aph. 14. Sect. 6. tunc moriuntur. Qualitates mutatae etiam be-
ne vel malè sperare jubent; Color faciei si non multum à natu-
rali statu recedat bonum; Contra si facies aut manu' fiūt molles
ac pruriunt secundo vel tertio die, autore Avicennæ, mori-
untur. Ab excretis etiam & reientis indicium desumi potest;
Pessimum est signum, si urina emititur pauca & cruda, bo-
num autem est si plus materia per urinam excernatur, quām
potest assumptus, morbus enim Medici legibus se subjecere
videtur, & indicium est, medicamenta exhibita vim suam
exserere. Symptomata quæ sunt graviora, eò morbus est
periculosior, quæ mitiora, eò citius etiam morbus solvitur
Hipp. aph. 14. Sect. 6. ait. Hydroped detento, si aqua ē venis
in ventrem confluxerit solutio fit, idem de iudicationibus
XI. 20. ait. In his qui ab Hydroped continentur, si aquositas per
ventrem ad vesicam, aut ventrem fluat, solutio fit. 1. 2.
Prog. t. 2. 3. 4. Si mitiora fuerint symptomata, tussis
non urgeat, & respiratio non sit impedita, & tumor inferi-
ores partes non prehendat, bene sperandum, si v. contrariū
accidat, mors in propinquæ est. Si hydrops lequatur Icterum,
omnio Lethalis est. Si conjungatur cum febrie acutâ peri-
culosus est. Galen. comm. j. 2. l. 2. progn. Si Manjam
dysenteriam, quartanam consequatur, malum est. Hipp.
Coac. prænot. & l. 1 Epidem: & aph. 43. Sect. 6. Situs sis Hydro-
picū habeat, αισθητις est. Hipp. aph. 47, l. 7. aph. 35. l. 6. Epid: 5.

24.28. Galen. 2. progn. 3. indicium enim est bronchia pulmonum impleri aquis. Anhelitus, sputi, totius corporis foetor, mortale signum est.

Subjecti ratione formidabilis admodum: Nam quod plura afficiuntur viscera, eodem malum est periculosius, ob impeditam partium sanguificationem, viscerumque facultatem laesam. Sudores copiosi bonum praebent signum.

Causa ratione. Qui nullo antecedente morbo obortitur, non admodum formidabilis est, qui vero morbum acutum sequitur, vix curatur. Juvenes & viribus robustis facilius curantur: Longus morbus est: ad salutem terminatur nonnunquam sponte naturae, conversione nimirum aquarium ad alvum, renes, sudorem: Ita observatum est plurimos Ascite soli urinæ emissione curatos esse, si autem insufficiens facta emissio, recidivos factos. Ad mortem terminatur alvi fluxu contumaci. Hipp. 2. progn. 2. Improvidâ aquæ post perforationem abdominis effusione. Hipp. aph. 27. f. 6. VI. Epidem. VII. 26. aph. VII. 44. Sæpè micante recidivâ ægri moriuntur, qualia Exempla passim prostant.

CAPUT. VIII.

Curationem per Chirurgica indicit.

Explicata morbi natura, ordinis exigit ratio, ut ad ipsam Medendi methodum nos accingamus, cuius fundamentum sunt indicationes, quarum triplex in scholis celebratur scatirigo, Chirurgica, Pharmaceutica & Diætetica. Merito autem ordinimur à Chirurgica, utpote quæ nobilissima pro educenda aquâ præbet auxilia, & pro ratione materiæ evacuacionem molitur, quæ cum triplex sit, fluxa, fluens, & fluxura, aggre.

aggregienda primo loco esset fluxura , cum fluxa tolli ne-
queat ante remotionem fluentis , nec fluens ante remoti-
onem fluxuræ ; quia autem fluxuram citius removere non
possimus , quam obstructæ referantur viæ , vel per præsidia
prædicta universalia viæ quædā per artem efformentur , per
quas aqua in abdomen collecta feliciter educatur , jam de-
nisi erimus solliciti : Ubi primum se offert V. S. quæ hic non
indicatur , sed potius adhibita nocet . Speciosè Trallianus :
Videmus , ait , quod etiam ignis externus , cùm à lignis viri-
dibus propemodum extinguitur , resocillatur rursus , si
illa , quæ illum suffocabant , auferuntur . Sed veteres Medi-
ci plerumq; V. S. instituerunt ? Concedimus , hodièq; ad-
huc in usu esse largimur , sed non in omnibus individuis pro-
miscuè , ut plurimum in sequiori sexu si hydrops à suppressio-
mensium fluxu , interdum etiam in sexu nobiliore , à suppressis
hæmorrhoidibus , oriatur . Hieron : Capivaccius , med.
Præct. venam etiam secuit , si acutus morbus hydroponem co-
mitatus fuit , quod & nos maximè necessarium judicamus ,
e. g. si pleuritis adsit , vel angina , tum omnino secunda vena , ut
imminenti occurramus morti , horum enim focus est in san-
guine , hydroponis autem minimè . Scarificationes & cucur-
bitulas multi admittunt , multi quoq; rejiciunt . Hoc cer-
tum est , non nunquam aquam plurimam ex foraminulis
emanâsse , sœcundo flumine , ex hoc autem nihil licet con-
cludere , nam quod raro fit , illud fit tantum casu ; potius huc
vocamus experientiam , exploraturi , quantum emolumen-
ti scarificationes adferant Hydropicis , quæ respondet pa-
rum , imò nihil ; qua propter ad vetustissimam progredimur
operationem , cuius jam suò tempore Hippocrates l. d. loc.
in hom : & l. d. interni affect ; Avicenni l. 3. sen. 14. tr. 4 c 13.
Albusasis l. 2. Chirurg. c. 54. Celsi l. 7. c. 15. & alij nreminiscunt ,
ΔΑΡΑΚΕΝΤΕΣΙΝ nimirū , quam Gordonius , Avicenna & alij

ut

ut periculosisissimam rejiciunt, hæc ratione ducit, quod cōtempore plerumq; instituatur, cūm, cæteris omnibus frustra tentatis, nulla propemodum salutis spes remanet; Verū tales Medici, qui tamdiu operationem illam suspendunt, non legerunt quod noster Præceptor Hipp. VI. Epidem VII. 26. habet: *ἰδατάθεας ἡρσον ἡρψευς*, Hydropicos citius secare oportet. Non igitur probandum eorum factum, sed repudiandum potius, quod tum demum, cūm res penè conclamata est, ad tam salutare provocent remedium. His palmam præripiunt Excellentioris genij Medici, qui citò & intrepide ~~μεγεύνον~~ ad ministrant. Agmen dicit Hippocrates, cuius locajam modo adducta sunt. Hunc sequuntur Albacasis, & Paulus Aeginet. Aetius & Celsus, cum quibus omnes ferè recentiores faciunt, inter quos produco Pætratum, qui magni admodum facit ejus usum, hisce observatis cautionibus, nempe ut æger sit adhuc juvenis, viribus nondum fractis, visceribus nondum corruptis, ventriculo robusto, nullo febrili vel melancholico affectu detentus, nec nimium gracilis & macer; Nec excludendum hic illustre illud Salanæ sydus Rolfinci. Quā sçpè autē is hanc instituerit, quivis, qui in ejus scriptis non planè hospes, novit. Imprimis felicissimè adhibuit scroti Paracenthesin, adeò, ut quamvis per gangrænam Nobilis quidam scroto sit privatus de novo illud repararit & consolidarit. Quia laboriosus est, evolvat Epitom. cogn. & curand: aff. part. I. 3. c. 9. p. m. 135. Anatom. Dissert. I. 1. c. 13. p. m. 151. I. 5. c. 21. p. 904. ubi questionem proponit, an in hoc affectu in umbilico, partibus an lateralibus perforatio fieri possit, & an ad vitam faciat, quam pertractatam videsis apudeundem; illud hic observandum, ne sectione factâ aqua confertim effluat, sed sensim sensim & per intervalla, ut vult Hipp: aph. 27. f. 6. aph. 44. f. 7. Quicunque Empyi, aut hydropici uruntur aut secantur,

secantur, si pus aut aqua universim effluxerit, omnino moriuntur, & sic unacum aquâ anima educitur, quod non semel accidit, testibus Capivacc. l. 3. Pract. c. 6. Paræo. l. 7. Chirurg. c. 12. Villanovan. Smetius. Prosp. Alpin. d. med. Egypt. l. 3. c. 12. superest adhuc alia paracenteseos species, nempe umbilici, quam Petrus longè præfert abdominis. tanquâ, tutiore, & faciliorē quo in loco, puta. Nos. Harm. Tom. 2. dist. 35. modum etiam sectionis addit, cuius sententiam confirmat Laurentius in opere anatom. l. 1. quæst. 16. quatuor historiis. Vesicantia improbat Massaria, motus gangrænæ timore; Sed cum ultra cutem non penetrant, id metuendum non est. Cui jam intumuerint crura, cauteria & pyrotica non applicanda, à quibus abstinentur. etiam censet Roflinius.

CAPUT. IX.

Fontem aperit Pharma- ceuticum.

Omnes Practicorum libri purgantibus per alvum, & vomitum pleni sunt; Quidam commendant vomitum, quidam rejiciunt; ego vomitum parum prodesse puto, nisi validâ omnium corporis partium commotione. Per alvum etiam varia Practici adhibent medicamenta, quibus credunt expurgari posse materiam hydropis, unde mirum in modum commendatur Gumm. Cambotja, quod ingreditur, descriptione pillul. hydrop. Bontii, quæ pro universalib⁹ olim apud Belgas venditatæ, Schrod. l. 2. Pharmacop. p. m. 255. quæque potentissimè aquas educunt. Verum dubito ego cum Excellentissimo D. Döbelio, in collegio

D. Semeje-

Semejotico privato, Præceptore meo jugiter devenerant
do utrū sola purgatione malū istud semper tollatur? Si n.
verum est, ex obstructione Renū, Pancreatis & vasorum
lymphaticorū oriri hydropē, necessariò sequitur, nisi hæ re-
ferantur viæ, curari hydropem non posse. Evidem faciliè
concedimus per alvum interdum etiam solvi, cùm,
quæ nobis talia videntur, non statim naturæ sint impos-
sibilia; cū multi morbi per insolitas naturæ vias solvantur,
quorum Exempla adducere possem, nisi paginis parcendū
esset. Maximè igitur hic prosunt, illa, quæ obstructions tol-
lunt, paulatimq; sudorem eliciunt, qualia sunt oculi 69.
diaphor, fixum, recens tn. paratum, nisi n. fuerit recens,
contrahit vim vomendi, purgandi, amittitq; sudorem
ciendi. Hunc in censem vocari possunt bufones, quando
enim vivi hydropticorum corporibus appenduntur, vasa ob-
structa, timore & subsequente concussione, recluduntur;
imò specificum latet in bufonibus, quoniam exsiccatus
urinam mirifice pellit, & cito humorem peccantem educit.
Wierus l. 3. d. præstig. dæmonum c. 35. notabilem narrat
historiam. Mulier, inquit, marito suo hydroptico mortem
intentans, sequiori eventu, eundem liberavit. Hæc n.
cū sumptuum tandem pertæsa esset, veneno illum tol-
lere decreverat, quare bufonis usi pulverem ægroto
marito propinat, unde ille copiosum reddidit lotium, hinc
denuo eundem pulverem exhibe, tut eo citius ille ærumno-
sam, sumptuosamque vitam cum morte commutaret, sed
überiore multò exoneratā per vesicā saburrā aquosā, præ-
ter omnem spem restitutus est, quem certè moriturum sibi
persuaserat venefica. Reseratis vasis obstructis, in auxilium
sunt vocanda sudorisera, ea autē tantū in declinatione, non
in augmentatione. Plurimum hic valent medicamenta
Tartar, e.g. Essent. Tartaricōpos, Rolfincii, Aqua sambuc, suph.
aurat.

anrat. antim. spir. ling. Gvajac. rob. Samb. Gordon in fil.
medic. part. 6. c. 5: mirum instituit modum ciendi sudores.
Rustici solent ingredi furnum calesactum, in quo ad animi
deliquium sudant, interdum curantur, interdum & saepius
suffocantur, & ita a morbo liberantur. Grasecc. cl. 4. sect. 21.
p. 662. In Alno est egregium aliquid contra hydropem, si
ejus folia sumperis, & ægrum qs. in illis sepeliveris, in in-
gentem corpus ejus effundetur sudorem. Externè & qui-
dē in principio feliciter & cū fructuadhibere possumus de-
coctum veronicæ, chamædr. chamepyt. in cerevisia, quod
exhibeatur ægro: ex illo autē quod relictum est fiat Catapla-
sma, quod impones tumori, hoc si observaveris feliciter inci-
pientes curare poteris. Adhiberi etiam possunt limacum
carnes cum cochleis contusæ super impositæ, quas valde
prodesse, validè educere, mirabiliter exsiccare docet Mon-
tanus consil. 187. vid. Hartm. Pract. chym. p. 3. Valleriol. I. 4.
obs. med. 3. Balnea etiam hic non excludenda; Thermarum
usus proficuus; si naturales non adsint, parari possunt Laco-
nica, quæ magni sunt momenti, & parantur si aqua vita ac-
cendatur, vel candardibus assundatur lapidibus, sic enim lar-
gissimus provocatur sudor, hominèisque citò liberantur. Vi-
scera tandem hic non negligenda, robur potius iis adden-
dum, ut eò fortiores contra insultus hostis insurgant, illum-
que debellent. Qui enim viscera habent corrupta, pessimo
sunt loco teste Hypp. d. prædictionibus. Hinc parantur ex ♂
& Tart. medicamenta præstantissima, Tinct. ♂. Pulu. cha-
chect. Essent ♂, Arcanum Tart. Paracelsus § Subl. Helm. §
diaph. dulcem, sine salium mistione paratum commendat. Fa-
ber. § laxativum. Sal. absynth. Corall. & tincturam eorum.
omnèisque essentias metallicas, visceribus lœsis, omnibusq;
hydropis specibus summopere prodesse scribit.

CAPUT X.

Diætam præscribit.

Vix effatu dignum remediis etiam præsentissimis Medicus efficiet, nisi ægrotus exactissimam victus rationem habeat, præscriptamque à Medico diætam exactè servet. Hæc enim sola est, quæ desperatos hydropes, teste experientiâ, curat, cùm econtra minus temperantes frustra omnia remedia experiantur. Vivat igitur æger, nisi leipsum odit, in aere libero, calido, sicco; Cibus sit εὐχυμος καὶ εὐπεπτός, fugiat crassos & vitiosi succi, omniâque juscultenta. Convenit panis probè fermentatus & excoctus, salitus cum aniso, Cumino, fœniculo. Ex avibus commendantur sicciores montanæ, Phasiani, perdices, turtures, merulæ, coturnices, columbi assi. Nicol. Florentinus serm. 5. testatur, se aliquando Hydropicuni vidisse sanatum esu Alaudarum, quibus frequenter cum Petroselino vescebat. Carnes in usu sunt, aprina, ceryna, leporina. A piscibus abstineat, & non nisi saxatiles edat assatos. Parum bibat quantum ipsi quidem possibile; cùm magni nominis Medici abstinentes à potu, ab hydrole liberatos esse, observaverint. Sic Benivenius de abdit. sanit. & morb. causis refert, se Rustico cuidam hydropico consulenti respondisse, sanari eum non posse, cùm morbus jam esset inveteratus, nisi ultra non bibat, quâm ut vitam sustineat. Rusticus dicto obtemperavit, per annum nihil bibit, & sanatus fuit. Novi ego non postremi nominis Medicum, scribit Trincavelius l.3. cons. 32. Hispanum: qui solo esu assorum alimentorum, & abstinentia potus omnis, per 40. dies continuata, sanatus est. Sed quomodo sitis si urgat sedanda? Acetum, aquâ chalybeatâ dilutum, solâ oris ablutione sitim frangit, quod etiam præstat, Syr. aceros. vel decoctum glycyrrhicæ. Somanus malorum

lorum omnium medicina est, ideoq; & hic multūm præstat,
sed modum non excedat. Exercitatio & vigilia largior qui-
ete & somno est salubris. Quod testatur Hipp. dicens, Aquā
inter cutim laboranti, utile est corpus laboribus exercere,
sudores movere pane calido oleo intincto. Animi Pathema-
ta, cùm maximam corpus alterandi vim habeant, valde no-
cent. Alvus semper teneatur lubrica, Veneris exercitatio
cane pejus & angue fugiatur.

Hic manum de tabulā movemus, Theatrum diræ hujus
Tragædiæ clausuri. Pultem si non attigimus, vitrum lambi-
se sufficiat. Tibi Æterne Deus, summe Archiater, qui ha-
ctenus studiis nostris benedixisti, ex intimis cordis recessibus
pro tuā in hoc labore assistentiā ago gratias; Teq; supplici-
bus veneror gemitibus, concedas clementissimè, ut studia no-
stra, quibus ex alto benedicere velis, in Tui imprimis Sanctis-
simi nominis gloriam, ingemiscentium ægrotorum salu-
tem, propriūmque denique vergant
emolumentum.

TRIUNO

Sit laus, honor & gloria in infinita
Secula,



torum omnium iudicium est inquit; & sic iudicium bisimus
modum non excepimus. Recitatio & avilis fidelis dicitur
tunc est iudiciorum. Qod iustissimi Hisq; dicens Vnde
ceteri ceterum iudicant, nunc et coribus iudicibus excedat,
magister iudicis iudicis. Ante Paganum
ceterum iudicatum coribus iudicatio ob eo iudicatur. Ante Paganum
ceterum iudicatum coribus iudicatio ob eo iudicatur. Ante Paganum
ceterum iudicatum coribus iudicatio ob eo iudicatur. Ante Paganum
ceterum iudicatum coribus iudicatio ob eo iudicatur. Ante Paganum
ceterum iudicatum coribus iudicatio ob eo iudicatur. Ante Paganum
ceterum iudicatum coribus iudicatio ob eo iudicatur. Ante Paganum
ceterum iudicatum coribus iudicatio ob eo iudicatur. Ante Paganum
ceterum iudicatum coribus iudicatio ob eo iudicatur.

Hic enim dicitur quod coribus iudicamus. Tunc tunc dicitur
Iudicatrix ceterum. Propter unum non satis videtur, ut iudicemus
se unius. Tibi iudicatrix Dicis, tunc. Autem dicitur nisi
iudicemus iudicemus nos iudicemus. ex initio vero iudicemus pro
deo iudicemus in propriae sufficienciae a deo distinetur. Tad iudicemus
pro auctoritate ceteris iudicemus concorditer ceteris iudicemus. Ut iudicemus
iudicemus ex alio personate a nobis, in Tertio iudicemus. Sed quia
iudicemus ex alio personate a nobis, iudicemus iudicemus. Iudicemus
iudicemus ex alio personate a nobis. Iudicemus iudicemus.

TRINITATIS

Sicutus potest & gloriosus in dignitate
secundum suam maiestatem, nullum
iudicemus nisi secundum suam maiestatem, nullum
iudicemus nisi secundum suam sufficienciam. Ratiocinus
iudicemus, per se ipsum nihil habens de sua dignitate
iudicemus, sed secundum suam dignitatem. Iudicemus
iudicemus, secundum suam dignitatem. Secundum suam
dignitatem, iudicemus secundum suam dignitatem.


secantur, si pus aut aqua universim
 moriuntur, & sic unacum aquâ anima
 semel accidit, testibus Capivacc. l. 3. Pra
 Chirurg. c. 12. Villanovan. Smetius. Pro
 Egypt. l. 3. c. 12. superest adhuc alia para
 nempe umbilici, quam Petræus longè p
 tanquâ, tutiorē, & faciliorē quo in loco
 Tōm. 2. diff. 35. modum etiam sectionis a
 tiam confirmat Laurentius in opere ana
 quatuor historiis. Vesicantia improbat
 gangrænæ timore; Sed cum ultra cuten
 metueendum non est. Cui jam intum
 teria & pyrotica non applicanda, à qui
 etiam censet Roflincius.

CAPUT. IX.

Fontem aperit Phar aceuticum.

Omnes Practicorum libri purgan
 & vomitum pleni sunt; Quidam comm
 quidam rejiciunt; ego vomitum pari
 nis validâ omnium corporis partium co
 vum etiam varia Practici adhibent med
 credunt expurgari posse materiam hyd
 in modum commendatur Gumm. Ca
 greditur, descriptione pillul. hydro. B
 versalib⁹ olim apud Belgas venditata. S
 cop. p. m. 255. quæque potentissimè aqu
 dubito ego cum Excellentissimo D. D

D



the scale towards document

omnino
 od non
 æo. 1.7.
 i. med.
 species,
 ominis.
 Harm.
 senten
 æst. 16.
 motus
 rent, id
 a, cau
 endum.

alvum,
 nitum,
 e puto,
 Per al
 quibus
 mirum
 nod in
 ro uni
 harma
 Verùm
 collegio
 Semejo-

Image Engineering Scan Reference Chart 1E763 Serial No. 1